

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Dies Memoriae Nativitatis Iesu Christi Dicatos Pie Celebrandos Commendat
Academia lenensis : Eutychis de unione naturarum in Christo sententia
illustratur**

Iena: Fiedler, 1794

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn820638390>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn820638390/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn820638390/phys_0001)

DFG

Fg 1605^{1-10.}

125
25.

DIES
MEMORIAE
NATIVITATIS
IESV CHRISTI
DICATOS
PIE CELEBRANDOS
COMMENDAT
ACADEMIA IENENSIS.

EUTYCHIS de unione naturarum in Christo sententia illustratur.

IENAE
LITTERIS FIEDLERIANIS.

C I C I O C C L X X X X I I I L

Fg - 1605 10.

DIRS
MEMORIAE
INITIATIZ
IESV CHRISTI
DICTATOR
PER CLEAVANOS
COMMENDAT
ACADEMIA IENENSIS

Fundort: Universitätsbibliothek Rostock

IENENSIS
LIBRARIUS
HISTORICO-SCIENTIFICUS

DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DUX SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIUS
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTA RA.
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D. CIVIBVS.

In novissima commentatione nostra, qua piam ac salutarem die-
rum nativitati Jesu Christi sacrorum celebrationem Vobis commen-
davimus, cives, Nestorium ab orthodoxa illius temporis fide in
doctrina de unione naturarum in Christo non deflexisse, arctissi-
mam potius naturarum in Christo conjunctionem affirmasse, et
unam tantummodo personam unumque Christum statuisse, ex ipsis
ejus assertis demonstravimus. Eadem tristia fata, quae Nestorius
perpeditus est, tempore illo turbulentio, EUTYCHES, presbyter et
archimandrita Constantinopolitanus subiit, quippe qui acerime
pro catholica fide contra Nestorium dimicans aliquamque illius asser-
tis prorsus contrariam sententiam tenens, gravissimum odium, pro-
scriptionem, anathema ac remotionem a munere sacro sibi contra-
xit. Injustissimo modo et infenso animo haec omnia gesta esse,
quilibet a partium studio alienus inde jam facili conjectura perspi-
ciet, quod optimo consilio sententiam suam acriter defenderit

A 2 EUTY-

EUTYCHES. At operaे pretium esse putamus, hanc aetatis illius improbitatem uberioris indagare et quam futilis tunc temporis controversiae agitatae, quam iniquae sententiae in aliter sentientes latæ fuerint, ejus exemplo evidenter demonstrare. Qualem igitur sententiam de naturis in Christo senex ille soverit, jam disquiremus.

Nimirum ea, quibus a vera fide discessisse dicitur EUTYCHES, ad tria potissimum capita revocari solent; primo eum ante nativitatem duas in Christo naturas affirmasse, deinde eum unam tantum post unionem naturam statuisse, tandem eum carnem Christi ex Maria defumtam nobisque consubstantialem negasse. a)

Primum quod attinet, a recepta sententia recessisse non videtur EUTYCHES, duas in Christo naturas ante unionem afferens, sed offendit haec sententia theologos eam ob causam, quoniam conjunctio naturarum in ipso jam conceptionis momento facta credebatur. Absolum igitur et ridiculum putarunt, ante unitiōnem duas naturas statuere, cum una tantum natura ante conceptionis momentum existiterit, et hoc idem esset ac si quis diceret: Christum fuisse Christum antequam Christus fieret; habuisse duas naturas, antequam illas haberet, humanitatem existisse, antequam existiterit. In dubium quidem a quibusdam vocari solet, utrum disertis verbis dixerit Eutyches, Christum ante incarnationem ex duabus naturis existisse; b) sed de eo dubitandum non esse credimus, quoniam saepius causam suam iu concilio Constantiopolitano agens haec professus est: confiteor, ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adumbrationem, post adumbrationem vero unam naturam confiteor. c) Verum et hoc tam absolum non est, cum Eu-

TYCHES

a) Vid. Io. FR. BUDDER *institutiones theologiae dogmaticae*, (Lipſ. 1724. 4.) Lib. IIII. Cap. 2. pag. 893. PETAVII op. de theologicis dogmatibus, Tom. V. Cap. XIII. p. 34. fqq.

b) IOBI LUDOLFI *commentarius ad hist. Aethiop.* (Francof. ad M. 1691.) pag. 454. fqq.

c) Vid. MANSI *sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, (Florent. 1761.) Tom. VI. pag. 531. 743. 746. 779.

EUTYCHES ἐναργεῖτιν ac ἔνοτιν distinguens conjunctionem naturarum post nativitatem demum factam esse putaverit; quaestio autem illa, utrum divina natura in conceptione, an post nativitatem, humanam suscepere, nullius plane momenti habenda sit. Ipsa enim naturarum unione concessa, plane nihil refert, quo tempore ea in Christo facta credatur.

Praecipuum in hac controversia alterum EUTYCHIS assertum est: post naturarum Christi conjunctionem ejusque incarnationem non jam duas, sed unam tantum naturam existisse. EUTYCHEN haec revera statuisse et nullo modo moveri potuisse, ut a sententia illa decederet, extra omnem dubitationem positum est. Saepius enim in concilio Constantinopolitano confessus est et constanter ac firmissime asseveravit: ὅμολογω ἐκ δύο Φυσιῶν γεγενηθεῖ τὸν κυρίου ἡμῶν πρὸ τῆς ἐνώσεως μετὰ δὲ τῆς ἐνώσεως μιαν Φυσιν ὁμολογω. d) Horribile quidem hoc dictu videbatur theologis in illa synodo congregatis, et auctu quodam odii abrepti senem accusatum anathematibus persequebantur, antequam eum, quid sentiret, apertius explicare passi essent. Varias igitur explicandi vias ipsi tentarunt et haereses falsa consequentia inde deduxerunt, quae tunc temporis admodum periculosae ac perniciose habebantur. Praecipue erroris eum arguerunt gravissimi, unionem factam esse per mixtionem quandam, ut aquae et vini, hordei ac tritici, aut conversionem sive commutationem, ita ut humana natura penitus absorpta et in divinam commutata sit. Quare patres concilii Chalcedonensis decreverunt: duas in Christo naturas unitas esse ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως. e) Verum quamvis vox τυγχαντις antea saepius adhibita fuerit ad designandam naturarum in Christo unionem, neque ad haereticas opiniones merito referri potuerit, Eutyches tamen ne-

A 3

cam

d) MANSI concilia pag. 745. Vid. etiam LUDOLFI comment. alleg. pag. 452. fqq.

e) Vid. NICEPHORI hist. eccl. lib. XVIII. Cap. 52. Conf. LUDOLFI comm. all. pag. 452. MICHAEL LE QUIEN notae ad Io. DAMASCENI librum de haeresibus, in operibus Tom I. pag. 100. PETAVIUS loc. cit. pag. 36.

5

eam quidem admittere voluit, sed confusionem illam ac mutationem diserte negavit. Etenim in libello confessionis exhibito: *filium Dei, ait, propter nos homines et propter nostram salutem descendisse, incarnatum, hominem factum et passum esse ac resurrexisse.* Eodem modo in concilio Chalcedonensi dixit: *confiteor, factam filii in carne praesentiam ex carne sanctae virginis et incorporatum eum perfecte propter nostram salutem; postea confessus est, perfectum Deum esse et perfectum hominem, qui natus est ex Maria virgine.* Perfecta autem natura humana ac divina cum commixtione aut commutatione nullo modo conciliari potest. Tandem BASILIUS, Seleuciae episcopus in concilio Constantinopolitano EUTYCHI objectit: *si non duas naturas post adunationem dixeris, commixtionem et confusionem dicis;* in concilio Ephesino autem mentem suam ita explicavit: *si dixeris unam naturam et non addideris incarnatam et inhumantanam, putaberis confusionem dicere et commixtionem;* si autem addideris incarnatam et inhumantanam, (quod EUTYCHES semper fecit,) *eadem cum patribus nostris dicas.* f) Equidem non satis liquet, quid per unam naturam intellexerit EUTYCHES, epistolis ejus, in quibus mentem suam uberiorius explicavit, deperditis; nullo tamen negotio probari potest, eum a recepta fide neutiquam deflexisse, sed revera cum ea penitus conspirasse.

Nolumus jam urgere, terminos in hac doctrina adhibitos, οὐσία, ψυχή, προσώπον aliasque vario sensu a theologis adhibitos esse, ita ut crebriores inde logomachiae exortae sint; EUTYCHEN igitur ipsam forsitan personam Φύσιν appellasse, quae alias ψυχή vel προσώπον appellata fuit, Φύσις enim constanter significationem naturae retinuit, et EUTYCHEN ipsum hunc sensum ei tribuisse, ex eo adparet, quod δύος Φύσεις, divinam ac humanam ante conjunctionem statuerit, post illam autem μιαν Φύσιν, quae propterea eodem sensu accipiatur, nec personam sed naturam denotet necesse est. Revera autem consilium ejus sincerissimum fuit,

contra

f) Vid. MANSI concilia 1. c. pag. 630. 779. 746.

contra Nestorium artissimam naturarum unionem et personae unitatem hac voce designandi, et in eo tantum peccavit, quod doctrina et eruditiois apparatu ingeniose acutissime reliquos theologos attingere, et spinosam, qua nimium quantum valebant, in distinguendo subtilitatem imitari non potuit. Diferte enim professus est: εκ δυο Φυσεων ενωθεισων και της υποστασιν γεγνησθαι τον ιματιον ιησουν Χριστου, — τελειον Θεον, και τελειον ανθρωπου; g) faepius sententiam suam ex eo comprobavit, quod unus sit Christus, unus Dominus, non duo, eoque satis luculenter demonstravit, unitatem υποστασεως s. personae in Christo sibi unica placere. Quodsi vero unitatem personae et naturae, s. προσωπου και Φυσεως male confusisse EUTYCHEN dixeris, probe tenendum est, eum sensu illo, quo unam pro altera posuit, nihil affirmasse, quod recepto παθειας τροπω adversetur. Non negavit, Christum post incarnationem verum hominem fuisse, perfectum enim hominem ac perfectum Deum eum appellavit; non merum Deum illum habuit, sed Deum incorporatum et inhumanatum; neque divinas neque humanas affectiones ei abjudicavit, sed utrasque aequali modo ei tribuit; Deum illum appellavit inhumanatum, non hominem deficitum, ut scilicet a priori fieret denominatio; neque Christum dividere voluit, quod Nestoria vitio dabatur, adeoque μιαν Φυσιν verum non simplicem vel divinam vel humanam, altera penitus absorpta aut commixta, sed compositam ex divina et humana absque commixtione strenue affirmavit ac defendit. Quae si recte perpendantur, quomodo ab orthodoxa fide recessisse dici possit, non appareat. Theologi enim eodem modo statuerunt, Christum perfectum Deum atque hominem fuisse in una persona, Deum humanam naturam assumisse, divinam non assumtam esse, filium Dei esse incarnatum, (ο λογος σαρξ εγένετο,) utramque naturam arctissimo et indissolubili vinculo esse conjunctam, ita ut affectiones unius naturae alteri etiam propter unionem competant. Quid quaeſo impediebat, quominus naturae illae arctissime conjunctae μια Φυσις, non mera humana neque divina, sive Φυσις Γενησηπου appell-

g) Vid. MANSI concilia l. c. pag. 531. 779.

appellaretur? h) Quam facile autem fuerit, in hoc tam arduo et implicato arguento in Scyllam incidere, dum Charybdin evitare stuperent doctores, ipse CYRILLUS acerrimus ille orthodoxae fidei contra Nestorium defensor similis erroris, uti constat, insimulatus, exemplo suo satis superque comprobavit. Vera etiam sunt et attentione digna, quae LUDOLFUS ex loco aliquo CYRILLI affert: i) *Quale quiddam est homo ex anima et corpore constans.* Nam et ista diversi generis nec ejusdem inter se essentiae, cum vero uniuntur, unam hominis naturam ($\mu\alpha\tau\alpha\delta\varphi\omega\pi\tau\alpha\vartheta\psi\sigma\tau\alpha$) efficiunt. Ecce et hic duae sunt naturae, ($\delta\tau\alpha\vartheta\psi\sigma\tau\alpha$) anima nimirum et corpus, et tamen neque anima in corporis naturam transmutatur, neque corpus in naturam animae transit; sed ambobus intra proprios fines manentibus, una ex iis natura ($\mu\alpha\tau\alpha\delta\varphi\omega\pi\tau\alpha\vartheta\psi\sigma\tau\alpha$) conficitur. Non igitur est e genere impossibilium, e duabus naturis unam naturam fieri ($\epsilon\tau\alpha\delta\tau\alpha\vartheta\psi\sigma\tau\alpha\mu\alpha\tau\alpha\delta\varphi\omega\pi\tau\alpha\vartheta\psi\sigma\tau\alpha$). Quam difficile denique sit, in his altercationibus media via incedere, patres etiam conciliorum Constantinopolitani, Ephesini et Chalcedonensis testati sunt. k) Etenim in primo atque ultimo anathematibus perculerunt eos, qui unam statuerent naturam in Christo, et monstra ex Manichaei, Valentini et Apollinarii caveis ac lustris educta nominarunt, quamquam Eutychi nunquam in mentem venit, talia statuere; in concilio Ephesino autem omnes clamabant: tolle, incende Eusebium, iste vivus ardeat, iste in duo fiat, sicut partitus est, partiatur; si quis dicit duo, sit anathema; quamvis de divisione personae hic plane non erat sermo. Ita vero sancta synodus irreligiosi fervoris sui et pruritus ex falsis consequentiis errores gravissimos deducendi clarissima edidit documenta,

Ad tertium tandem accusationis Eutychianae caput progrediamur, quod docuerit, Christum carnem ex beata virgine Maria non sum-

h) Vid. MICH. LE QUIEN *notae ad Io. Damasceni lib. de haeresibus in operibus* T. I. p. 100. LUDOLFI *comment.* loc. cit. pag. 452. sqq. PETAVII *dogmata theologica*, loc. cit. pag. 36.

i) Loc. cit. pag. 457.

k) Vid. MANSI *concilia*, l. c. pag. 635. 738. sq.

sumisse, adeoque carnem ejus non esse consubstantialem. Ita enim THEODORETUS refert, *Eutychen* dixisse: *Deum Verbum nihil humanum ex virginе sumisse, sed ipsum immutabiliter conversum et carnem factum, per virginem tantummodo transiisse, crucique affixam et appensam fuisse in circumscrip^tam, interminatam, incomprehensam unigeniti divinitatem, eandemque tumulo mandatam resurrexisse.* l) Et VIGILIUS: *Eutychiana, inquit, haeresis in id impietatis prolapso est errore, ut non solum Verbi et carnis unam credit esse naturam; verum etiam hanc eandem carnem non de sacro Mariae Virginis corpore assumtam, sed de caelo dicat, juxta insandum Valentini et Marcionis errorem fuisse deductam.* Ita pertinaciter *Verbum carnem asserens factum, ut per Virginem, ac si aqua per fistulam transiisse videatur; non tamen ut de virginе aliquid, quod nostri sit generis, assumisse videatur.* m) In hac accusatione id quidem verum est, EUTYCHEN corpus Christi nobis consubstantiale negasse. Saepius enim in synodis propter haeresin ejus congregatis haec professus est: ἐώς σημερον οὐκέπον το σωμα του πυριου και Θεου ήμων όμοουσιον ήμιν, την δε ὀγιαν παρθενον όμολογω ἔιναι ήμιν όμοουσιον, και ὅτι ἐξ αὐτης ἐσαρκωθι ὁ Θεος ήμων. n) Prius vero, quod e caelo Christus corpus suum acceperit, nunquam asseruit, sed constanter negavit. Obrectationem quandam, ait, contra se ubique diffusam esse, quasi ipse dixerit, quod de caelo carnem ὁ Θεος λογος deduxerit, se vero liberum esse ab hujusmodi detrectatione; contra perfectum Deum et perfectum hominem, qui natus est ex Maria virgine, at non habentem carnem consubstantialem nobis postea confessus est. o) Itaque haec sententia Eutychi tributa revera ad haereticas fabulas referenda est. Quod vero corpus nostro corpori consubstantiale Christo concedere noluit, id quidem ex nimia orthodoxyia magis

quam

l) In *haereticis fabulis*, lib. III. Cap. XIII. in ejus operibus (Lutet. Paris. 1642.) Tom. III. pag. 246.

m) In initio libri tertii contra Eutychen. Vid. PETAVII dogmata theol. I. c. pag. 34.

n) Vid. MANSI concilia, I. c. pag. 742.

o) Ibid. pag. 779.

quam ex heterodoxa ejus fide deducendum est. Nempe cum aliis theologis contendit, Christum non merum esse hominem, sed Θεον θρησκευτον, eumque naturam compositam ex divina et humana possidere, quare etiam corpus ejus non meri hominis sed Θεον θρησκευτον ipsiusque Dei ac Domini nostri corpus esse, arbitratus est. At quoniam nostrum meri tantum hominis corpus est absque divinitate cum eo conjuncta, etiam huic aequalem substantiam cum corpore Christi tribui non posse, legitima consequentia inde effici putavit. Quare cum BASILIUS ei objiceret: *si mater nobis est consubstantialis et ipse (Christus) secundum carnem consubstantialis est nobis*, acute distinxit inter *corpus hominis et corpus humanum*; *non dixi, inquit, corpus hominis corpus Dei, humanum autem corpus, quoniam ex ipsa virginе incarnatus est Dominus.* p) Itaque quomodo a catholica fide EUTYCHES tantopere deflexisse dici possit, plane non perspicimus. Etenim theologi ea quae hominis sunt, Deo etiam competere propter arctissimam naturarum conjunctionem, corpus Christi etiam corpus Dei, Mariam Θεοτόκον, Deum natum, passum, mortuum esse, contra Nestorium strenue et acerrime propugnarunt et ad fidem orthodoxam semper retulerunt. Tale autem nostro corpori nullo modo competit, adeoque *Eutyches* saltim excusandus est, si corpus Christi nostro consubstantiale appellare non ausus est. Potius hac in re modestia ejus magnam laudem meretur, quippe qui cum impetu valde indecoro incitatus, ut consubstantialitatem corporis Christi concedat, patribus ingenue respondit: *Quoniam confiteor (Christum) Deum meum, Dominum coeli et terrae, hactenus de ejus natura disputare non mihi permittebam, consubstantiale autem nobis hactenus nunquam me dixisse confiteor.* q)

In hac universa controversia nemo erit, qui non animos doctorum illius aevi adeo corruptos et a vero religionis sensu pariter ac justa in dissentientes clementia alienos deploret, summaque indignatione corripiatur, cum videat acerrimas de formulis ac phrasibus rixas et controversias fuisse agitatas. Quantum haec indeoles

p) Ibid. pag. 742. Conf. LUDOLFUS et PETAVIUS locis citi.

q) Ibid. pag. 742. 743.

animi a Christi ejusque legatorum consilio differt; qui doctrina et exemplo veri studium indefessum et mansuetudinem in propaganda veritate saepius gravissime inculcarunt! Est igitur profecto, quod nobis gratulemur, quod illis temporibus vivere nobis contigit, quibus verum sine ira et studio quaerere, idque quod nobis persuasum est absque formidine libere profiteri ac defendere licet, quibusque doctrina religionis magis magisque ab inanibus paleis purgata, nemo in propagandis dogmatibus aliis forte armis quam idoneis argumentis usus risum intelligentium vel odium proborum hominum effugere potest. Hac igitur opportunitate ut recte utamur, officio sanctissimo tenemur. Nostrum est, veritatem quieta mente et tranquilla meditatione quaerere, τὸν ἐμφύτον λόγον δεξασθαι ἐν πραΰτητι, ἀπαθεμένοι πάσαν ἄνταξαν καὶ περισσεαν κακίας, omne partium studium sedulo vitare, non in verba jurare magistrorum aliorumque sequi auctoritatem, neque opinionibus inveratatis nimis inharcere neque novas tantum sententias avide arripere, sed fidem nostram firmissimis quantum fieri potest ad persuadendum argumentis stabilire.

Christis illa controversia nos docet, omnes illas subtilissimas disquisitiones in capitibus religionis mysteriisque fidei nullius pretii esse, quippe quae prorsus nihil ad promovendam virtutem et tranquillitatem animi faciunt. Omnia quae Christus et apostoli docuerunt, ad saluberrimam doctrinam amplificandam, ad virtutem cultumque Dei ἐν πνευματι καὶ ἀληθείᾳ puriorem, denique ad confirmandam felicitatis spem valuerunt; et Paulus apostolus serio hortatur doctores, (1 Tim. I, 5. C. VI, 4. 5. 20.) ut ζητησεις καὶ λογομαχιας, ἐξ οντων γνεται Φθονος, ἕρις, βλασphemia καὶ υπονοιαι πονηραι, παραδιατριβας καὶ βεβηλους κενωφονιας sedulo fugiant, contra το τελος της παραγγελιας, ἀγαπην ἐν παθαρας καρδιας καὶ συνειδησεως ἀγαθης καὶ πιστεως ἀνωποιριου semper servare studeant. Quod quidem nobis in omni re, praesertim in doctrinae religionis studio semper curae cordique esse debet. Ut enim atrox illa altercatio, utrum Christus una natura composita, an duabus arctissime conjunctis gaudeat, nihil virtuti ac religioni profuit, ita ad hunc finem nihil proficiet acutissima et subtilissima investigatio modi unionis naturarum in Christo hypostatica, communicationis idiomatum,

diyer-

diversitatis personarum in divinitate quoad τροπους οταρξεως, characterum, quibus distinguntur, actuum, proprietatum et notiorum personalium, aliarumque subtilitatum, quas maxima Christianorum pars intelligere nequit et Christus ejusque legati discipulis suis nunquam proposuere. Omnes illae doctrinae nos nec meliores nec feliciores reddere possunt; sed simplex Iesu Christi doctrina, quae ad virtutem ac religionem dicit, ἀληθινή ἐστι βοῶσι καὶ ἀληθινοῖς ποσῖς, πηγῇ υδατος ἀλλομενον εἰς ζωὴν ἀσπεν.

Quae cum ita sint, doctores ecclesiae praecipue id curare debent, ut auditoribus suis saluberrimam hanc doctrinam proponant eaque tantum eos doceant, quae ad veram fidem et sanctimoniam vitaeducunt, ea autem omnia omittant, quae subtilitatem quidem in cogitando exercent, sed ad emendandum animum nihil prossunt. Sed altera ex parte omnis etiam cautio et diligentia ab illis adhibenda est, ut publicam fidem nec temere nec praeter necessitatem turbent, eas potius opiniones intactas relinquant, quae virtuti et tranquillitati animorum nullum detrimentum afferunt, quoniam nimia reformandi cupidine facile effici potest, ut homines de veritate omnis religionis et virtutis necessitate dubitare incipient.

Haec omnia ut praecipue hisce diebus nativitati Iesu Christi sollemnibus diligenter perpendatis, CARISSIMI CIVES, atque doctrina et exemplo divini doctoris Vestri meditando ac imitando ad emendandos ac commovendos animos Vestros recte utamini, admonitos Vos esse volumus, Vosque ex ista ratione haec solennia peragendi optimos ad vitam bene gerendam fructus percepturos esse, confidimus. P. P. die Nativitatis Iesu Christi, Anno MDCCLXXXIII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn820638390/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn820638390/phys_0020)

DFG




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 011

risti ejusque legatorum consilio differt; qui doctrina et
ri studium indefessum et mansuetudinem in propaganda
pius gravissime inculcarunt! Est igitur profecto, quod
alemur, quod illis temporibus vivere nobis contigit,
um sine ira et studio quaerere, idque quod nobis per-
absque formidine libere profiteri ac defendere licet,
doctrina religionis magis magisque ab inanibus paleis
emo in propagandis dogmatibus aliis forte armis quam
umentis usus risum intelligentium vel odium proborum
ffugere paret. Hac igitur opportunitate ut recte uta-
io sanctissimo tenemur. Nostrum est, veritatem quieta
anquilla meditatione quaerere, τὸν ἐμφύτον λόγον δεξα-
τυτι, ἀποδημεῖν πασαν ἑπτοράν καὶ περισσειαν κακιας,
um studium sedulo vitare, non in verba jurare magi-
orumque sequi auctoritatem, neque opinionibus invete-
inharere neque novas tantum sententias avide arripere,
nostram firmissimis quantum fieri potest ad persuaden-
nentis stabilire.

s illa controversia nos docet, omnes illas subtilissimas
es in capitibus religionis mysteriisque fidei nullius pretii
pe quae prorsus nihil ad promovendam virtutem et tran-
animi faciunt. Omnia quae Christus et apostoli docu-
saluberrimam doctrinam amplificandam, ad virtutem
Dei ἐν πνευματι και ἀληθεια puriorem, denique ad con-
flicitatis spem valuerunt; et Paulus apostolus serio
octores, (1 Tim. I, 5. C. VI, 4. 5. 20.) ut ζητησεις
χιας, εξ ιω γινεται Φιλονος, ερις, Βλασφημια και υπονοιαι
αραδιατριβας και βεβηλους κενωφονιας sedulo fugiant, con-
στης παραγγελιας, ἀγαπην ἐν παθαρας παρδιας και συνειδησεως
πιστεως ἀωποκριτου semper servare studeant. Quod
obis in omni re, praesertim in doctrinae religionis stu-
r curae cordique esse debet. Ut enim atrox illa alteratio,
ristus una natura composita, an duabus arctissime con-
uideat, nihil virtuti ac religioni profuit, ita ad hunc finem
ciet acutissima et subtilissima investigatio modi unionis
in Christo hypostatica, communicationis idiomatum,

dixer-